



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Enchiridivm Chronologicvm Sacræ Et Prophanæ Historiæ**

**Salian, Jacques**

**Coloniæ Agrippinæ, 1638**

Imperium Assyriorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64957](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64957)

*Imperium Assyriorum.**Belus.*

A. m. 1932. Nembroth, qui & Belus  
Babylone regnum inchoat, quod mox  
dictum est Assyriorum, à ciuitate  
Assur.

A. m. 1933. Assur filius Sem condidit  
ciuitatem Assuriam, quæ postea à Ni-  
no occupata est, n. 1.

A. m. 1950. sub hæc tempora Nembroth  
alias condidit ciuitates, Arach  
& Achad, & Chalaamen, n. 1.

*Regnum  
Sicyonio-  
rum.*

A. m. 1966. Diluuij 310. Ægypte  
regnum Sicyoniorum inchoat, n. 1.

A. m. 1979. Thare septuaginta erat  
annorum, nec tunc genuit Abraham,  
n. 3. sed potius Aran, n. 5.

A. m. 1996. Nembroth, siue Belus  
anno regni 65. & regnandi, & viuendi  
finem fecit, n. 2. & 3.

*Ninus.*

A. m. 1997. Ninus regnare cœpit,  
anno 66. Imperij Assyriorum, qui Ni-  
niuem condidit, siue instaurat, sub regni  
exordium, n. 3. 4.

A. m. 2000. natus videtur Nachor,  
secundus filius Thare, n. 1. & Beli Apo-  
theosis à Nino celebrata, n. 2. vnde in-  
ualuit idololatria, n. 4. & 5.

*Mors Noë-  
mi.*

A. m. 2006. & Diluuij 350. moritur  
Noe, anno ætatis 950.

A. m.

per annos expansos. 9

A. m. 2017 moritur Ægyaleus, primus rex Sicyoniorum, cum regnasset 52. annis, cui successit Europs.

A. m. 2026. moritur Phaleg, annos natus 239. anno patris Heber 275.

A. m. 2027. moritur Nachor, anno 148. vitæ suæ.

---

*Tertia mundi Aetas, quæ est Abrahæ,  
& filiorum eius, annorum 425.*

**A** N. mundi 2039. Diluuij 383. *Abraham.*  
nascitur Abram, anno patris sui Thare 130. & Nini 43.

A. m. 2044. Nini 48. ponitur bellum eius contra Zoroastrem Bactrianorum regem, ab Euseb. in Chron.

A. m. 2048. Niuus moritur anno regni 52. Imperij Assyriorum 117. Eodem Lot nascitur patre Arano. *Lot.*

A. m. 2049. Semiramis regnare incipit, & Sara vxor Abrahæ nascitur, 10. annis eo natu minor, n. i. filia Arano. *Semiramis. Sara.*

n. 9. &c.  
A. m. 2052. Abrahæ 14. notatur eius à puero pietas.

A. m. 2053. Cainan moritur, anno 360. patre & auo adhuc superstibus, n. 1. &c. 2.

A 5

A. m.